Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

~~Johan. S. Hupperti, nunc~~

/ S. Stephani Protom.

/ et discipulorum suorum

† Nam licet Ecclesia S. Huperti, ante ~~mod~~ modernam S. Joannis, parochialis Ecclesia fuerit, ut scribit Mohrus rer. Tirol. §. III, f. m. 9; ed ipsa tamen, ævo S. Huperti, id est, seculo VIII antiquior ~~certe non est~~ non credo.

† ad quam parochialia e S. Huperti translata sunt,

et altera ‡ S. Joannis B. Teriolis, et Meranensis, et Majensis, et Caminensis, et Algundensis complectuntur. Merito igitur S. Valentinum antiquissima hujus parochiæ S. Petri apud Teriolos fundatorem antecte ampliatorem suspicimus. Licet enim ad Stoinum Majardi radices Ecclesiam / construxerit: ~~sibi eam non~~ non parochialem eam, sed ~~privatam~~ sua duntaxat devotioni accommodam voluit. Sed antiquitati parochiæ S. Petri obstare videtur, quod Parochus ad S. Joannem B. Teriolensis et Parocho ad S. Petrum, et omnibus superdictis, et fortasse omnibus totius Tirolensis provinciæ ~~præcedat~~ dignitate præcedat; Verum hoc, ~~at dignitas~~ quod ejus Parochus gaudeat titulo Prælaturæ Principalis; quod ~~Prelatus~~ idem Parochus inter Prælatos Provinciæ sessionem et votum in Comitiis Tirolensibus habeat, aut certe habuerit, etc. Vera hæ omnia: ast, ex antiquitate has prerogativas procedere, non admitto. † Comites Venostani Teriolensis seculo XI, XII, XIII et XIV in arce Teriolis residentes, majori commoditate Ecclesiam ~~parochialem~~ S. Joannis B. quam alteram S. Petri frequentabant; unde ~~ab~~ hodiedum arx non ad hanc, sed ad illam respectat. Parochos ~~suos~~ sua aula pro reliquis honoratos volebant Principes: hinc illa privilegia. ~~Antiquitatis prærogativa nihilominus parochia S. Petri remansit.~~ Ad hanc S. Joannis parochiam usque ad seculi currentis XVIII initium pertinebat Ecclesia S. Nicolai Merani, et quæcunque modo ~~ad parochiam~~ Meranensis nomine veniunt: uti probat Hofchmannus. ~~Posmodum eadem S. Nicolai Ecclesia ad dignitatem parochiæ~~ Plebanum ~~tamen~~ quidem proprium (subjectum tamen, ut puto, Teriolensi) Merani exstitisse seculo XIV, invenio in Ms. libello Decimarum Majensium.

Ecclesia parochialis S. Petri ~~eminet in monte ex~~ constructa eminet in tanta montis ~~declivitate~~, ut præter ipsam, et domum canonicam, aliud ædificium locum omnino non habeat. Distat ab arce Teriolis ~~ab~~ mille passus circiter, ab Ecclesia vero S. Joannis B. et modernum pago Tirol circa bis mille passus. Arx enim inter utramque media eminet. Descensus usque ~~ad ea~~ ab Ecclesia S. Petri usque ad montis radicem et pagum Graffsch, ~~mille idem passibus ab quinq~~ quingentis circiter passibus absolvitur. Quæ omnia hactenus dicta, ut magis clareſcant; exhibeo in tabula ~~utrar~~ Parochiam S. Petri, ~~ut~~ antiquam et novam.